



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

De Iordano Saxone, Generali Ordinis Prædicatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

SURIUS

10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

54
ueniati
præficiunt.
Feliciter
obit.
Paulò post idem Rauennatum Archiepiscopus Calocerus, cum annum ætatis centesimum viridi senectâ superâsset, mortem cum vita commutauit. tertio Idus Februarias. Sepelitur haud procul ab Aderito.

De translatione eius cum SS. Aderiti & Probi corporibus.

S. Apollinaris ecclesia à Saracenis depulatur.

Cum Agareni vniuersa Adriatici maris litora deprædarentur, diuique Apollinaris templi ornamenta omnia, quæ summa & maxima erant, suffurati essent, & plerique præterea sanctissima hæc cadauera suffurati ren-tassent, Petrus, Bononicus Rauennatum Archiepiscopus, huius nominis quartus, nè quid accideret mali timens, sanctissimo consilio optimum fore iudicauit, in urbem illa comportari. Cæterum cum incertum esset, vbi recondenda: & pridie Calendas Februarij, ad D. Apollinaris primò, mox ad D. Iacobi, Deum suppliciter esset precatus, vt sibi, quo essent loco sanctissima illa cadauera, comonstraret: ab eo defodi cœptum, tametsi suspensio atque incerto animo, quò cõiectura eos maximè deduxit: reliqui omnes sacerdotes, summa veneratione fodientes Archiepiscopi inceptum persequuntur: nec multum foderunt, cum sacerdos ligone lateritium lapidem percutiens, arcẽ latentis aditum sub ara patefecit. Quapropter sublata mensa ex marmore, quæ aram conflagratam, ob id sepulchro, vas ligneum carie ob vetustatem corrosum, inuentum est: in quo loculi seiuncti visabantur. In altero bina erant cadauera: in altero, vnum: nullo scripto, quòd nomina significaret. Veniunt tamen in coniecturam, gemina cadauera illa, esse Aderiti & Caloceri: tertium Probi. Non nihil itaq; reliquarum, ob diuorum memoriã ibi relicto, cadaueribus in Antistitis sede positis, continuo cum magno imbri fœdum esset cælum, inclaruit, & serenum factum est. Moyses præterea quidam ex monachis Classensibus Diui Apollinaris, cum febris multos iam dies laboraret, tacta sede, restitutus est sanitati. Itaque delata primùm summa omnium veneratione, nec sine lachrymis sancta cadauera ad Diui Apollinaris, mox ad Diui Severi, cuius postridie diès festus erat, tandem hymnis & lachrymis, ingenti quæ gaudio, in Vrfa nam ædem transferuntur. Vbi miraculis compluribus Deus eorum sanctitatis esse testis voluit: tertioque Nonas Martias Petrus Archiepiscopus eis aram dicauit.

S. Caloceri, Aderiti, & Probi Archiepiscoporum translatio.

VITA IORDANI SAXONIS, ORDINIS PRAEDICATORVM GENERALIS MAGISTRI SECUNDI, auctore Leandro Alberto Bononiensi. De eius relatione in Sanctos nihil comperti habeo. Nos ad marginem capita adscripsimus.

Februa. 13.
Cap. 1.
Beati Iordani patria.

Liberalitas eius in pauperes.

Miraculũ.



IORDANES vir sanctissimus, oppido Botergæ prouinciæ Saxonie originem duxit: quibus parentibus, non produnt scriptores. Constat enim vitam, antequam religionis togam indueret, mitem, sanctissimam atque iustissimam eum egisse, & huiusmodi consuetudinis fuisse, vt, egeno, qui primus occurrisset cum illucesceret, largissimè donaret etiam non petenti. Consueuerat intempesta noctis silentio, cum Patris literis sacris operam daret, conuenire in ecclesiam, atq; ibidem sacra audire. Dum autem pro more aliquando, falsò ratus iam signum ad sacra peragenda datum, iter arripere, egenum offendit munera petentem: (Venerat Iordanes,

forte vltus celeritate, absq; pecunia vnica veste indutus, & balteo cinctus argenteo) balteo illum donauit. Tandem referato templo (Aliquantulum enim pro foribus expectauerat) ingreditur, vidit Christi optimi maximi simulacrum cruci affixum, balteo donato paulò antè egeno, præcinctum. Cuius spectaculo plurimum motus, togam religionis extunc assumere deliberauit. Differebat tamen, tempus opportunum expectans, quo liberè quod animo conceperat expediret.

Cap. 2.

Tandem valedicens amicis, Prædicatorum ordinem ingredi cupiens, vestem san.

DE IORDANO DOMINICANO.

55

sanctæ conuersationis ab Reginaldo viro optimo impetrauit & accepit. Verum de Reginaldo suo loco dicemus: cuius in exitu nescio cui viro sacris initiato visus est fons in templo Parisino, Iacobo Apostolo dicato, mox oriri, & subito exiccati, & in eo loco alter maior suboriri, cuius riuis triuis & quadriuis & platea, & ex inde rota prouincia irrigabatur, vsque ad mare decurrens. Hoc enim præfagiū fuit quod euentu postmodum comprobatum est, videlicet Iordanem loco Reginaldi insurrecturum, cuius & doctrina & moribus atque sanctitate, cum docendo, tū discipulando, tota Dei Ecclesia irrigaretur.

Instaurum S. Dominici amplectitur.

Visiois cuiusdam interpretatio

Communi igitur patrum suffragio anno Domini 1222. in Conuentu generali, tertio Parisijs acto, quod Capitulum generale appellant, tunc præfecturam agens prouinciæ Lombardiæ, quæ dicunt prouincialem, post biennium & sex menses, ex quo togam Prædicatorum acceperat, post diuum Dominicum toti ordini Prædicatorum primus præficitur: quem circa annos quindecim æquæ sanctæque moderatus est. Luca Euangelium Parisijs in frequenti auditorū numero mirificè declarauit. Cœpit veluti lucerna super candelabrum crebris radijs doctrinæ suæ lucescere. Omnibus erat gratus, tã vulgaribus, quam famigeratis. Formæ præstatis, facie iucunda, vultu spectabili, mitis ac lenis, cibi somniq; parcissimi, & in cultu corporis abiectus. Delinquentes licet seuerè corrigeret, tali tamen ac tanto utebatur temperamento, vt potius illos humanitate deuinciret, quam seueritate, & constantes in sancto proposito, suo confirmaret dulcissimo hortatu. Tyrunculos religionis sæpe conuenerat secum ad sumendum cibum habere inuitatos, vt ad sanctum cohortaretur tyrocinium, nec sineant se ab hoste humani generis seduci, præcorum exemplum commemorans. Sic vehemens in verbis fuit, vt ultra mille viros ad tyrocinium religionis Prædicatorum verbis suis * auxerit. id quod miraculo adscribi dignum videtur.

Cap. 3.

Ordini Prædicatorum præficitur. Matth. 5.

Multos ad sui institutum tyrocinium attrahit. & exuerit.

Veniens Iordanes aliquando Bononiam, quam urbem miro amore profectus, Tedaldum quendam toga ordinis nostri nuper indutum offendit: qui forte sua inscitia aliquando perçesus vitam nouam (Fuerat enim delicatissimè prius educatus) togam Prædicatorum exuere omnino decreuerat, affirmans se gustum & somnum amisisse. Admonitus Iordanes, hominem ad se acciri iussit: cœpitq; cum verbis blandis & suauiusculis alloqui, nomine vocitans, asserens ex interpretatione nominis, videlicet Tedaldi, veluti ad alta tendentis, in sancto proposito non solam permanere, sed passim proficere. Demum post nonnulla verba vltro citroque habita, ante aram diui Nicolai positus genibus stare præcepit, vt Dominicam persolueret orationem. Is vero oculos in altum attollens, manibus prius super eius capite positus, cordis affectu ad Deum preces effudit. Ipse autem sic orans, videbatur Tedaldo (vt is postmodum affirmare solebat) ex alto miram quandam instillare passim dulcedinem, ex qua nouitas cordis sequeretur: & patre reducente manus, videbatur quod eius cor ilicò à duabus manibus pressum extra se duceretur & eleuaretur, missumque fieret in magna tranquillitate deinceps ac dulcedine. Qui prius togam Prædicatorum fastidièrat, postmodum perseueranter & retinuit & laudauit.

Cap. 4.

beati Iordanis precibus Tedaldus ab infirmitate liberatur.

Tantum promeruerat Iordanes à Deo orandi gratiã, vt nūquam flecti à quacunque posset occupatione, quin assuetas perageret Deo gratias. Quandoque preces in terra procumbens emittebat, quandoq; iunctis manibus stans, nonnunquam sedens, & aliquando oculos extollens. Nec lachrymarū in his dulcedinis expers fuerat. Pro his enim creditur cum in oculorum egritudinē aliquando incidisse, Meditationibus se totū & vbiq; dederat, quibus miram eliciebat suauitatem. In itineribus variis. Nonnunquam sermocinabatur de re aliqua vtili cū sodalibus: nonnunquam permeabat solus, sed nō minus solus, quam antea, eo quod variis ac multijugis meditationibus affociaretur, sodales ad id facere adhortans. Demum ageratus calore illo diuino, quãta valebat voce, hymnos in laudē Dei Saluatoris, ac Mariæ cæli reginæ præcinebat cum tanto mentis iubilo, lachrymis id exprimentibus, vt res mira esset. His igitur occupatus, nonnunquam à socijs aberrabat, nec propter hoc contristatus, sed æquo animo ad cæteros perueniebat, & quos aliquando cōtristatos ob ipsius absentiã inueniebat, lætè confortabat, affirmans omnia esse sub cælo.

Cap. 5. Ad iduepreces eius.

Lachrymæ & meditationes.

Contigit aliquando ipsum cū duob. fratribus, & laico sacris initiato, dū ex Italia in Germaniã cōtenderet, ad hospitium diuertere in vico, cui nomē Vrsatia, in medio

Cap. 6.

Alpium

Alpium sito, ut cibū sumeret. iam enim hora & labor diū protractus itineris montiū, illos subinuitauerat: sed caupone dicēte, non esse quod apponeretur præter panes duos, iussit mēsam apponi. Demūm cœpit ex dictis panibus (prius benedictione peracta) egenis, quibus plurimū ea loca abūdant, partes multas elargiri. At caupo & fratres illi succensentes, prius clauso ostio, ne ampliū egeni ingrederentur, præmonuere, affirmātes eo in loco dūtaxat panes illos inueniri posse, nec esse pro se ac socijs sufficientes: quare ne sic erogaret illos, nè mox ipse cum suis penuria cibi laboraret. Sed viri Dei iussu, nec moti cauponis verbis, nec à fide, quam in Deum reposuerat, ianua referatur, introducunturque egeni, & vt prius benedictionem accipientes, ita vt tringinta partes viritum diuideret adeo pingues, vt vnicique abunde sufficerent: nec propter hoc virum Dei & socios panis defecit. Quin immò & caupo cum vxore & familia ex eo, qui residuus fuerat, abundè epulatus est. Quo viso, perterritus caupo, & virum Dei admiratus est ac veneratus, & sine prandij solutione abire permisit. Quinetiam eum donauit vini laguncula, quam socij secum deferre consueuerant.

Ad benedictionem panes multiplicantur.

Canat. 7.

Sanat fen
gui suum,
Item sibi
citantem.

Item cæci

Eloquentia
eius.

Cap. 8.

Viginti &
vnus facti
instituti re
cipiunt ha
bitum.

Dap. 9.

Exindè Turingiam iter dirigens, ad vicum peruenit nomine Susim, in quo fabricum ferrarium adinuenit, è naribus trigēses per diem & noctem emittentem sanguinem: quem oratione ad Deum habita, tactu manūs mox incolumem reddidit. Et in vico Vren sacerdotem quartana diū laborantem, cui ferè vires defecerant, prius peccatorum eius confessione audita, precibus ipse suis pristinae sanitati restituit. Transiens per Alpes ex vi ignis fabricum ferrarium oculis captum, signo Crucis saluberrimo, donauit oculorum solatio. Inerat ei tanta in dicendo gratia, vt sine in frequenti populo, siue priuatim loqueretur, remitteret vnum quēque domum plenè compotem. Quippè videbatur in ipso quædam esse dulcedo atque affabilitas, qua omnes ad sese alliceret. Quapropter hostis antiquus, animaduertens tantam in populis per ipsum commotionem fieri, non omisit quicquam, quod illi impedimento foret, nè verba in frequenti populo pro concione haberet, de qua re paulò post dicam.

Consueuerat vir Dei vrbes incolere, quibus litterarum vigeabant studia. Quare nonnunquam successiue dies, quos Quadragesimales vocant, Parisijs agebat, alios Bononiæ. Quamprimū aduenisse in his nunciabatur rātus erat ad illum concurrere virorum, vt vix illi sumendi cibi daretur spatium. Iubebat mox, dum ad has vrbes applicuerat, plurimas vestes preparari, pro nobis tyronibus induendis ad sanctam religionem minimè addubitans, quin plures ad religionis tyrocinium adiungeret. Id quod eueniebat, vt vix tot vestes prepararentur, quot necessariae forent. Accidit res, quæ omnibus non paruam admirationem allatura est. In festo Purificationis beatissimæ Mariæ semper virginis, cum in maximo scholasticorum cœtu (fortè ad mille erant) viginti ex eis sacre religionis toga vestire occœpisset, animaduertit quendam Germanum, sapè ab eo pulsum veluti nimis inuenem, & viribus pro tanto tyrocinio imbecillem, inter illos viginti se immiscuisse, vt sancto conuersationis habitu & ipse indueretur. Tunc subridens vir Dei, Est vnus vestrum, inquit, qui nostra religionis tunicam sancto furto aufert. Et mox, quia non nisi viginti vestimenta fuerant allata, & exindè minimè egredi ex frequentia scholasticorum poterat, vt fieret sat omnibus, ex adstantibus fratribus quidam pallium aliàs bardocucullum, & tunicā alius se exuens, patrique porrigens, cum Dei laude omnes viginti & vnum induere. Cœperunt adstantes omnes in fletum prorumpere, alij quidem præ gaudio ob auctam familiam: & alij ob sociorum amabilitatem, morum amissionem. Qui omnes sic in sancta conuersatione profecere, vt in viros illustres breui admodum tempore euaserint, vnà cum adolescentiori illo prius pulso. Porro is euasit in maximum doctorem, & concionatorem optimum.

Nonnunquam pater Iordanes Bibliā dedit, vt reciperet pecuniā pro togis conficiendis eorū, qui ad sanctā conuersationem euolare cupiebant. Cum quadam die in frequenti populo vnū è scholasticis habitu nostri ordinis induere vellent, ferè conuictus, quod vnum præter suam consuetudinē dūtaxat vestiret, adstantibus inquit. Nemo vestrum inhumanitatis, vt reor, argui vellet. Quis socium ex vobis ad epulas opiparè preparatas solum ire permitteret, cum posset secum plures ducere: Videte, quæ so, istum in medio stātem, ad Dei nuptias inuitatum, & si vobis placeat vnum.

SURIUS

q. ber
d. ber

RVII

5

DE IORDANO DOMINICANO.

57

vnunquenque vestrum secum valentē adducere, solum, quāso, ire permiseritis hūc nuptijs frui? Quid torfletus, suspiria, lachrymā? Verum si eum, vt par est, diligeretis, prout videntur suspiria ista & lachrymā prae se ferre, nunquam ingredi sanctam conuersationem solum permitteretis. Eia quis ei se comitem praebebit? Necdum verba finierat, & ecce quidam ex illis, qui à sancto proposito lōge aberat, in medium profiliens velut insaniens, In verbo, inquit, tuo & in Dei nomine, magister, ecce me ei focium praebeo. Sicque ambo toga religionis induti sunt, cum ingenti omnium gaudio & admiratione.

Hortatu eius quidā adolēscētis togā religionis assumit, Cap. 10.

Aliquando accidit, vt quidam in sancto tyrocinio ab hoste humani generis diuersis artibus agitareretur, quō fieret, vt quōd se verteret, quo pacto recrearetur minime cerneret. Tādem virum Dei adire decreuit, vt in sancto cōfirmaretur proposito. Forte itā tulerat casus, vt illum orantem pro mortuis inueniret. Quapropter tanti viri dignitatē verens, e regione cōstitutus, se ei adiutorem praeiuit, vt tandem precibus ad Deum ab eo missis sine imposito, rem suam aperiret. Sed dum simul preces prosequerentur, ad illum Dauidis vatis egregij versiculum ventum est, quō is vates alloquitur, dicens: Credo videre bona Domini in terra viuentium: & per eum sibi ipsi respondetur: Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Quae verba responsionis videbantur à venerabili viro tanto cordis affectu proferri, nō secus acsi dedita opera, & cognito tyronis animo ac mentis turbatione, respondere videretur. Verba hac frater ille accepit pro bono omine, & non secus, quam si à Deo tunc prolata fuissent: peractisque precibus, ac exolutis supplicationibus, En magister, inquit, benē & optimē per te mihi, animoque meo labanti sat factum est, cum responderes, Expecta Dominū &c. Post hac aduersus colluctationes hostiles fortior & cōstantior ero. Sicque in sancto tyrocinio confirmatus, vale dicens abcessit.

Orat pro si delibus defunctis.

Psal. 26.

Cōsolatur lecreto fluctuantē fratrem.

Cum Paduae concionaretur, diuino afflatus spiritu Germanus quidam, parentibus suis vnicius & charillimus, nobilis genere, mente concepit, verbisq; expressit sanctae conuersationis habitu velle vestiri, & illecebras accarnis voluptates dimittere. Forte minus caute, quod deliberauerat, doctori ac focijs reuelauerat. Quo factum est, vt furijs agitati ac diabolico spiritu, cogitauerint tanquam rete concludere, cum forte minis terreri, ac precibus flecti non posset. Obseruauerunt quo tempore cubiculum ingrederetur, & scortam nobilissimum intromiserūt, plura promittentes dona, si adolescētis animū emolliret. Quid plura? Ex nō tyrone fortis athleta, milesque veteranus factus, tandem prius se superato, & nefandissimā mulierem vicit, & artem sociorum profanam. Nec multum immoratus, ad virum Dei currēs, habitum sanctae conuersationis accepit: nec diu post praceptorē, qui antea ipsam auertere à sancto proposito conatus fuerat, ad secum Deo militandum perduxit. Pater vero audiens filium induisse religionis vestimenta, illico veluti percussus telo pene defecit. Tandem reassumpto spiritu, multitudine satellitū stipatus, animo indignabundo Italiam ingreditur, vt vbi cunq; filiū inueniret, vi Praedicatorum habitum exueret, vel occideret Iordanem. Forte primo (itā tulerat casus) virū Dei his furialibus exagitatibus spiritibus offendit, & voce pene exhausta interrogauit, dicens: Vbi est ille Iordanes? porrō ignorabat eum esse. Verum vir sanctus, Christi ad Iudaeos data protulit responsa, dicens facie laeta visusq; iucundo: Sum ille Iordanes. Mox vt is ipsius verba audiuit, ceu sancti viri praesentens virtutem, ex equo desiliens, & ad eius pronolutus pedes, totus lachrymis profusus, quod animo conceperat, & ad perpetrandum venerat, detestabile facinus confessus est. Tandem postquam à lachrymis tēperatum est, Vir sancte, inquit, ex hinc pro filij mei ad sanctissimam religionē euolatu latus recedo, qui amaro animo veneram. Quare antequam lares proprios repetam, Hierosolymam pro sanctissimis nostrae redemptionis locis visendis hoc cum meo equitatu commigabo; quod & plenē perfecit. Habuerat enim secum equites centum.

Cap. 11.

Eximia fortitudo adolēscētis aetate ordinem appetentis.

Quantē fuerint virtutis verba viri Dei.

Iordanes vir Dei aliquando Romam visendi fratres gratia petijt. Igitur benedictione percepta pro ordinis nostri more, sacrisq; peractis, quam Missam vocant, vt aegrotos visitaret, ingreditur infirmitoriū, & vidit conuersum quēdam (Conuersos appellamus eos, qui literarum expertes sunt, vel si sciunt, sacris non inuitantur) in vincula coniectum: & interrogans quid subesset causae vt in vinculis teneretur, se aliquando mente captum asserbat, tunc tamen ob eius aduentum conualuisse, & ple.

Cap. 12. Romam

diabolimē
daciū.

& plenē sanitati restitutum . Vt erat bonæ mentis beatus pater , mendaci dia-
bolo citius, ac debuerit, aurem præbuit . quam obrem solui iussit . Honorius verò
Pontifex maximus, audito Iordanis aduentu Romam, per nuncium iussit cum in
meridiē petere curiam, vt ad Clerum faceret verba . Prandio
deindē parato, cum, ad mensē venisset, atque discumberet, mandat cōuersum no-
uiter è vinculis solutum, ad se deduci . Sicut enim compositē honesteque se in omni-
bus coram discumbentibus gessit, vt illum plenē liberatum dixisset . Latebat men-
daciōrum parens, vt capta opportunitate id, quod postmodū egit, perpetraret .
Prans omnibus, & Deo gratijs redditis oddormienti viro Dei, arrepto cultro
torso conuersus ille, guttur eius penē torum incidit . Euigilans venerabilis pa-
ter, manūque obijciens, tres digitos penē amisit . Porro sanctū virum is ingula-

Detestādū
ci⁹ facinus

re adnibatur, sed cum manū obstantem animaduertit, digitos truncare obiectos
conatus est . Sublato ingenti clamore per domum, fratres accurrunt, indignitatem
rei ignorantes . Tandem visus est Iordanes ferē semianimis iacens, cruore vna cum
cubiculo conspersus, gutture recisus, ac digitis penē truncatus . Hinc fletus, hinc
suspiria, hinc voces in altum tolli exaudiuntur . Omnes ferē patres, præ nouitate
ac indignitate rei, alienatæ mentis videbantur . At præsidens domūs silentio te-
quante, quo vir venerāndus verba in curia facturus erat, præsidens domūs hanc pro-
uinciam sibi sumpsit pro Iordane . Cum autem pro suggesto verba facere cœpisset
ilicō in fletū prorumpens, ingentem vocem cum ciulatu emisit, demū conticuit .
Stupentibus, ac rem nouam admirantibus Cardinalibus & ceteris, qui aderant, qui-
dam Cardinalis præfidētem seducens, causam tāta nouitatis exquiri . Qui vbi rem
intellexit, eum introducit ad Honorium Pontificem, rei q̄, seriē iubet aperiri . Ho-
norius verò exaudiens facinus detestandum, in fletum & ipse prorupit, dicens : Deus
optime maxime, vnde is bonus pater ista promeruit ? Accedunt chirurgi, perpicillū,
vulnū pertractant . diuinum potius quam humanum persuadent cū omni instātia
precum auxilium postulandum . Tertia autem illucescētī die, vir venerandus ser-
uienti sibi tyrunculo nostræ religionis adolescētī innuit, vt aram ad sacra peragēda
latenter ponat . Quo stupefcente, domūs præsidētē de petitione sancti viri admo-
net . At præsidens stupore percussus, Iordanē adit, quæritq̄ quid subit causa, vt ara
ponatur, cum in discrimine vitæ habeatur : an potius deliret, vel insaniat, an velit
ab alio sacra fieri . Iordanes his auditis, auersis oculis innuit, vt exeat . Quo parente
& expectante rei exitum, è grabato vir Dei prout valuit surgens, induit se sacerdoti-
lia vestimenta, ac sacra fecit . Prælibato sanctissimo Christi corpore & sanguine, ex
ablutione vltima calicis, vultum, manus & guttur recisum perunxit . Quo factum
est, vt vulnera statim curata fuerint, plenēq̄ consolidata omnibus admirantibus, vt
ca ipsa die egregiē valideq̄ue concionans, verba faceret corā Honorio Pontifice ac
Cardinalibus, totaque curia . Quam obrem Pontifex cum tota curia nimio post hac
Prædicatoriam familiam dilexit amore, amplissimisq̄ diplomatibus ornauit . Per
actis vero, quæ peragenda in vrbe Rōma erant, profectiōnem parantē Pontifex ad
secum sumendum cibum subinuitauit . Quo dicto audiente, in mensa in modum la-
næ corniculata ambo pransi sunt præter cōsuetudinē . quippè non cōstetere Pōti-
fices maximi in eadem mensa nisi Cardinales habere secum : sed tāti viri sanctimo-
nia veritus, hoc egit . Cū vero naturæ sat factū est cibo potuq̄ue, valedicens Pontifi-
ci, prius benedictione accepta, iter cepit, nec vltra passuum millia ea ipsa die sex per
agere potuit, eo quod intendentibus se tenebris vltra progredi non valuit . Verum
cum hospitari vellent, ad domum cuiusdam sacerdotis diuerterunt : à quo reie-
ctus est cum socijs . Nec ob hoc in yllo contristatus, apud quendam pauperem rusti-
cum hospitatus est sicque sine cibo ea nocte capere somnum ob rustici inopiam est
coactus : & ad socios lata facie conuersus, Benedictus, inquit, ille sacerdos, qui uos re-
iecit, eo quod mihi abstulit gloriam, qua hodiē cum summo Pontifice orbis ad eā
dem confedi mensam .

Missa vul-
neratus ce-
lebrat.

Vino ablu-
tiōis sacri
calicis, sua
vulnera cu-
rat.

Quanta cū
veneratio-
ne coluerit
Pontifex.

Humilitas
ac patiētia
eius.

Cap. 13.

Quidam frater in quodam cœnobio prope Bononiam ex nimia rerum altissi-
marum meditatione (Porro sunt aliqui, qui se altiora quærere audent, contra scri-
pturæ monita) in tantam prolapsus est inscitiam, vt a firmaret Deum haud qua-
quam

SURIUS

q̄ter
Iordanis
RVIII
5

quam esse. At ubi animaduertit præsidens domus, tantam fratris dementiam, Bononiam adijt, seriatimque fratris tentationem sancto viro Iordani aperuit, asserens nec posse animum illius conuinci suasionibus, nec rationibus aut scripturis, vel minis. Cui vir Dei ait: Prior (Hos præsidentes domorum, Priores vocamus) ipsum fratrem conuenias, illique me iubente dicas, vt is sic firmiter & æquè benè credat vt ego. Reuersus Prior domum, fratri Iordanis mandatum exposuit, iussitque illi fidem tenere. Vt verò verbum viri Dei audiuit, veluti ex graui somno enigilans, & à quadam rediens exstasi, ait: Certè verum dixit vir Dei Iordanes: ego quidem optime credo Deum esse, statimque ab omni tentatione ille respuit. Clericus quidam Xantensis semel Iordani crimina sua cum lachrymis confitens, negabat se vità cœli posse ducere. Cui pater ex intimo cordis meditullio cõpatiès, plenus de Deo fiducia Tibi prædico, inquit, quòd nõ amplius ab hac carnis incontinètia superaberis. Quod rei euentus optimè confirmauit, prout is clericus sepè narrare consueuerat.

Eccè vim
verborum
viri Dei.

Clericū li-
berat ab in-
continètia

Ex Lausana exiens, vt antistitem vr̄bis, qui cominus forte animi laxandi gratia residebat, quem apprimè diu dilexerat, vistarèt præcedentibus pluribus fratribus, & eo cum ædituo subsequente, & de his quæ faciunt ad salutem nostram colloquentibus, ecce mustela coram fratribus pertransiens, foramen ingressa est. Illis verò super foramen manentibus, curiositate deuicti visendi, ac eam mulcendi: à la perueniente patre interrogantur, quæ causa moræ. Illis verò respondentibus, se vidisse animal pulcherrimū foramen ingressum, & se teneri maxima cupiditate illud videndi: pater verò ad foraminis os se inclinans, Egredere, inquit, animal, egredere, vt à nobis videaris. Continuo egressa est mustela, & subsistens in ore foraminis in intuitu in eum respiciebat. Tunc vir Dei cœpit eam manibus contrèctare, & de mulcere caput & dorsum: demum dixit: Modo reuertere ad locū tuū & Benedictus Deus creator omnium. Statimq; animal in foramen se recepit.

Cap. 14.

Mustela ab
eo vocata,
venit, eiq;
obedit.

Fuerat is pater non solum pro nouis tyronibus Ordini nostro acquirendis sollicitus, sed etiam in conferuandis discretus. Porro in eo refulgebāt quædam gratia specialis, vt nunquam sua incuria aut negligentia aliquem amiserit, vt eum Christo Salvatore nostro dicere possit: Pater, quos dedisti mihi: non perdidisti ex eis quemquam. Vnde accidit Parisijs, quod quidam tyrunculus tentaretur de exitu ordinis. Quare dulcis pater omni qua poterat recreatione eum fouebat. Cumque ille nulla posset recreatione subleuari, ad seculum regredi omnino deliberans, vestimenta secularia sedulo reposedebat: sed viri Dei iussu vsque in crastinum distulit. Fortè dies crastinus fuerat Pentecostes, & conuentus generalis (quod Capitulum generale vocant) habendus erat. Supplicationibus habitis, quas vulgo Procelliones dicunt, à patribus in cuculla sine pallio, omnibusque ritè peractis, coram conuentu generali tyrunculum animo labantem iussit acciri. Quo stante, dulciter blandeque ac suppliciter suadere cœpit animi constantiam, & vt cognosceret se deludī ab hoste humani generis ac seduci, nec dimittere tantorum virorum societatem vellet, quibus tota fulgebat Ecclesia. Verum illum obstinatum in sua opinione, cum non posset à suo proposito auerti, iussit in vestiarium secedere, ibique vestimenta secularia reassumere. Exeunte autem illo, ad patres inquit: Eia fratres prouocemus pro infelici isto Dei misericordiam, & positis genibus, Veni creator spiritus, legendo dicamus. Mira res. Necdum hymnum compleuerè, & ecce missellus torus imbre lachrymarum perfusus, in medio patrum se prostravit, petens veniam, & promittens ordinis perseuerantiam. Agitur Deo gratia, patribus cum tremore exultantibus de ab ipsa fauce tartari liberato. Is verò tyrunculus postmodum tam in moribus quam in scientia sic profecit, vt docuerit vtiliter, gratiosèque concionatus multo tempore fuerit.

Cap. 5.

Iohann. 17.

Nouitium
omnino flu-
ctuantè &
seculum ap-
petentè vir-
tute Dei re-
uocat.

Pompas mundi & eius gloriam aspernatus est vir Dei, malens apud se vilis esse, vt magnus foret in illa diuina ac cœlesti domo, quam magnum & gloria fulgentem, & post modum humilem & depressum obitum suum. Honores aliquando sibi oblatos discretè & sapienter renuit. Vnde aliquando veniens Bononiam, intelligens totam ciuitatem agminatim sibi occurrere, veluti ei, quem sanctum virum esse autumabant concito gradu diuertens ab cœpto itinere, gyrans per semitas, alia via ignorante populo vr̄bem ingressus est. quæ res non modicè eius præclarissimam famam adauxit. Tolerantissimus etiam fuit in aduersis. Porro aliquando à dæmoniaco fratre in cœnobio Bononiensi vola in faciem percussus, alteram illi

Cap. 16.

Mundum &
gloriã eius
contemnit

maxi-

Humilitate sua & tolerancia pelliciam dæmonem.

maxillam exemplo Saluatoris præbuit. Igitur tantam humilitatem diabolus non ferens, mox inclinato capite, veluti casus ipse verecunde abscellit. Quandoque à patribus conuentus generalis correctus (Eos diffinitores nominant) cum ei diceretur, quod excusare si vellet se posset, humili voce dicebat: Nunquid latroni excusanti se creditur? quo verbo multi ædificati fuere. Aliquando in oculorum agrotationem incidit, qua captus est altero: conuocatisque fratribus in capitulum, Et fratres, inquit, agite Deo gratias, eo quod hostem vnum amiserim: sed & Deum rogare, vt alterum, si sibi placuerit, mihi que expediens fuerit, conseruare dignetur.

Cap. 17. Interioribus intentus, non curat exteriora.

Sic ab interioribus distinebatur meditationibus, vt nonnunquam quæ exteriora erant, haud aduerteret. Fortè ita tulerant casus, vt quædam matrona nobilitate prædita, viri Dei capta deuotione, multijugis precibus zona ab ipso donari se obtinuerit, qua cingebatur, illique suam tradiderit, fibula ac pendulo argenteo ornatam, qua mox vir sanctus se cinxit. Post non multum temporis cum inter fratres sederet, animaduertens quidam ex adstantibus patribus pendulum argenteum, præhendens, En (ex ioco tamen) inquit Magister (Tali nomine ferè ab omnibus vocabatur) zonam argento ornatam defers? At Iordanes veluti rem mirans, inquit: Bone Deus, quis argentum zonæ apposuit? Prosteor me ante hæc non aduertisse.

S. Maria Dei genitrix ordinis Prædicatorij singularis patrona.

Miro quodam cordis affectu beatissimam Mariam cæli Reginam, velut optimam Ordinis Prædicatorum patronam, colebat, quam fuerat expertus ipsam sui curam suscepisse. Aliquando, cautè obseruatus in templo ante aram. Virginis à Bertholdo orans, sed oscitatione proditus, atque accitus à sancto viro, & interrogatus quid quereretur, & à Bertholdo responsum nil aliud, nisi vt orandi modum ab ipso ad beatissimam Virginem specularetur, Magister verò precibus ipsius ductus, voti compotem reddere cupies, Sic fili, inquit, ante misericordiam parentem preces porrigo. In hoc Mariæ nomine, quinque continentur elementa, cui psalmum singulo vel canticum adiungo, ex quo quinque conficio orationes, cum salutatione Angelica, hoc modo: Premitto hymnum Aue maris stella: Pro primo elemento, quod est M. Magnificat &c. pro secundo, A. Ad te lauau i oculos meos &c. Retribue pro R. & I. In conuertendo. & Ad te lauau i, pro ultimo, A. addita genuflexione pro quolibet psalmo. Et narrauit exemplum, vt conijci posset, quam vile sit ipsam beatissimam matrem laudare. Frater quidam ante lectulum suum stans orabat, & vidit beatissimam Virginem quibusdam comitatam puellis per dormitorium euntem, & fratres ac eorum adspergentem cubicula, vna puellarum aquam benedictam deferente. Verùm dum sic procederet, pertransiit ante fratris cuiusdam cubiculum, quod non adpersit. At qui hoc videret, prouoluit ad pedes sanctissime matris eam suppliciter rogabat, vt quamnam esset diceret, & cur ab adspersione illius cubiculi abstinerit. Cui illa: Sum, inquit, Dei mater, & veni hos visitare fratres. Illum non adpersi, quia non est paratus. Igitur illi dicitur vt se præparet. Apprimè Ordinem istum tuum diligo, eo quod omnia officia, quæ Deo per vos redduntur, à laudibus meis incipiuntur, in ijsque terminantur. Quapropter obtinui à filio meo, vt nemo fratrum tuorum diu cum mortalis labe criminis isto in tuo ordine comorari possit, quin illum aut cito poeniteat, aut extra proijciatur, ne tam insignem fedet ordinem.

Quid prius legi Dei mater Prædicatoribus obtinuerit Cap. 19.

Viso cuiusdam fratris.

In nocte Circumcisionis Domini nostri Iesu Christi, dum pro more in matris nonam legeret lectionem, visum est cuidam fratri parumper obdormienti sistere super suggestum matrona ingens, corona capite ornato, insigni amictu pallio in ipsum venerandum patrem intendens, & lecta lectione de manu ipsius accipiens librum. Quo accepto, ante ipsum per gradus capit mature incedere hinc inde assistentibus cælestis curiæ ciuibus: inter, quos vnus aliquantulum caluus præstantior cæteris præcedebat, scipionem tenens, veluti viam inter multitudinè præparans ante ipsam venerandam matronam. Frater qui hæc viderat, matronam illam Mariam cæli Reginam autem ait: illum cæteris præcedentem virum, vel diuum Paulum Apostolum, vel parentem Dominicum, qui ad extremum vitæ suæ aliquantulum caluus fuerat. Frater vero ad venerandum patrem Iordanem accedens, re detulit quam viderat. Porro vir sanctus ad eius verba subridens, nihil prolocutus est. Retulit aliando pater Iordanes in conuentu fratrum, quod Capitulum dicunt, vt pater à capitibus ibi in vnum coadunatis, de quodam fratre, (licet patres de se loquentem ipsum

SURIUS

qter
dover
RVIII
5

ipsum putarent) qui in coenobio Parisiensi existens, in festo Purificationis beatæ Virginis Mariæ, dum in nocte ad Matutinas Inuitatorium à patribus inciperetur, Ecce venit &c. viderat sanctissimam matrem procedentem cum filiolo ad maiorem aram, quod altare maius vulgò dicitur: supra quam paratus thronus erat, quo resedit cum filio, in fratres dulciter ad aram pro more conuersos intuens. Cum vero ad Gloria patri &c. fratres inclinarent, ipsa filij dextera apprehensa, eos cum toto choro signauit.

Fratres à S. Maria & filio benedicuntur. Cap. 20.

Nobilis quædam & elegantis formæ puella, à patre sub patruj custodia relicta, dum ab eo tutelam speraret, in corruptelam incidit. Porro vir improbus bis ipsam grauidam fecit, & eo suadente, misella abortum procurauit. & tertio, dum non aueret patruo resistere, pragnans facta est. Igitur misella in se reuerfa, opus nefandum detestâs, cum nulli facinus manifestate aueretur, se ferro occidere annexa est. Porro gladium defixit in ventrem tam validè, vt ipsum proscinderet: non tamen mox vita, vt volebat, excessit. Diro igitur vulnere fauciatâ, à Dei misericordia visitatur. Cœpit crimen tam enorme miro cordis dolore detestari, & ad pietatis matrem conuersa, lachrymis supplicique voce orabat, vt solita benignitate sibi occurreret, nè saltem anima cum corpore periret. Mox benignissima misericordia parens ei adstant, & corporis conferens sanitatem, iussit vt se totam Iordanis consilijs, qui paulò post venturus erat, subiceret. id quod ipsa deuotissimè expleuit: quippe sanctò viro suadente, ordinem Cisterciensem ingressa est, atque vsq; in fine in sancto proposito perseverauit.

S. Mariâ desperatorum consolatricem.

Tentauit cum hostis antiquus aliquandò Parisijs ægrotâtem sub mira sanctitatis fide. Porro accessit ad ianuâ ædium, speciem viri probi præ se ferens, efflagitans ad virum Dei Iordanè deduci. Voti igitur factus cõpos, post datâ redditamq; salutem, iussit in dè ceteros abire, veluti cum eo locuturus semotis arbitris, ingentis ponderis arcanum. Quo nomine, Magister, inquit, es tam insignis Ordinis caput. Ex te enim omnium ora pendent, esq; vti constitutus in specula. Quare vt simulacrum omnium virtutum, abstinentiarum, cæremoniarumq; te exhibeas necesse est. Quod si aliquid à te magni vel minimi momèti contra religionis feruorè, vel relaxationis vestigiū exierit, cum suapte natura ingenia humana prona sint ad declinandum, tu exindè penas lues iussu iusti iudicis, ex eo quòd dimiseris semina dissolutionis, & turbationis materiâ. Aegrotâs enim, sed non adeò grauiter, quin à plumis & à carnibus possis abstinere! Quod si in posterum non concedetur huiusmodi vsura talium reru alicui magis vel æquè ægrotanti, orientur mullitates, turbationes & præsumptuosa iudicia. Vnde te quâtes possum precibus rogo, vt sicut hactenus benè rectèq; viuendi, & religionis norma fuisti in cæteris, sicq; & in istis te præbeas. In hunc modum verba sua versipellis hostis fucans, valedicens, ceu psalmos ruminando submissè, recessit. Vir Dei, vt potè vir simplex, verbis hostis antiqui fidem præstans, pluribus diebus ab his abstinuit. Quapropter ad tantam corporis vitium imbecillitatem deuenit, vt penè deficeret. Nec passus est Deus colluctatoris astutiam latere, nec sancti viri simplicitatem deludi. Quare reuelauit diabolum illum fuisse, eius sanctissimis concionibus inuidentem, & sanctissimis moribus, qui hæc suaserat. Sicq; in Domino confortatus, quæ videbantur necessaria, cum gratiarum actione suscipiebat.

Cap. 21.

Astutia diabolici ad decipiendum hominem quanta.

Cum in Pedemontium aliquandò vir sanctus deuenisset, diutino itineris labore defatigatus, acutissimis febribus captus est. Diabolus verò non ferens sancti viri opera insignia, callidè ei est insidiatus. Audiens vrbis, qua ægrotabat, antistes, tanti patris aduentum, hospitio eum recepit, & in cubiculum induxit, ac proprio cubili locauit, se ratus felicem, si tantum hospitem apud se haberet. Fortè cum veniendo patre erat quidam coenobij cuiusdâ præsidens, quem Priorem appellant, ordinis nostri, vir discretus, solers, prouidus, literis callens, & moribus cõpositus, qui aliquandò medicinæ operam dederat. Is igitur Iordanis patris animum haud ignorans, & sciens eum in ægrotatione sibi ipsi rigidissimum, dixit: Pater, oportet ægrotum in omnibus medico se subicere, si pristinam nancisci cupiat sospitatem. Quapropter licèt sis nostræ religionis præfectus & caput, ægrotus præfecturæ auctoritatem dimittas, mihiq; te subdas & obedias necesse est. Quod si feceris, haud vereor, quin in breui incolumis hinc exeat. Annuit venerandus pater humiliter. Præter ergò consuetudinem Ordinis nostri super plumas ægrotò quiescenti (Sic enim

Cap. 22. Laborat febribus vir Dei.

Vt ægrotus medico se subicere debeat.

2. Cor. 11. enim Prior prudens iusserat) nocte diabolus, formam præ se ferens angelicam, appa-
paruit, dicens veluti admirandus. Est ne hic Iordanes, fama & opinione apud
omnes tam præclarus: præfectus & pater tam insignis Prædicatorum Ordinis? Et
sem anceps, ni antehac te diu nouissem: Quam vilis & impudens factus es, qui
quasi vnus ex dominis orbis terræ, in strato plumeo & sericis ornato quiescis.
O infelix, quale Ordini tuo ac fratribus exemplum præbes? Sed non est tui De-
us in finem oblitus, qui ad te corrigendum me misit. Surge igitur e grabato, ter-

A diabo-
lo illud-
itur eius sim-
plicitas.

raque protinus supplex inhæreas. Statimque diabolo euanescente, perterritus Ior-
danes in terram corruit, & sic iacens, postquam illuxit, à Priore & fratribus inue-
nitur. Quem Prior seuerè corripuens, cœgit ex merito obedientiæ in strato præ-
parato decumbere. Sequenti nocte iterum diabolus pristina forma assumpta ad-
stitit, & durius quàm antea redarguit velut sibi inobedientem, moxque ipsum in
solum desilire præcepit. Quem cum manè eius diei Prior iteratò super solum ia-
cere confexisset, apprimè indignatus, dixit: Miror tuam simplicitatem, ne dicam
in scitiam, qui non solum in corporis, sed & animæ præiudicium, contra obedien-
tiam hoc facere præsumpsisti. Ego enim Deum cæli terræque Dominum testor,
quod non uissem pro toto terrarum orbe sic grauer contra Deum & ordinem de-
liquisse. & hæc dicens, in solum maximum prorupit. Quod cernens venerabilis pa-
ter, & ipse lachrymans procidit ad pedes eius, narrans ei visiones, sed magis illuso-

2. Cor. 11.

nes, & qualiter ut conijcere poterat, diabolum illum fuisse, qui in angelum lucis fu-
erat transfiguratus. Prior verò captus admiratione, ac quadam commiseratione il-
lius, aliquantulum lenitus, iussit ipsum stratum ascendere. Ex hoc enim tantam
membrorum debilitatem contraxerat, sicque humores indurati fuerant, ut vix spi-
ritum ad quiescendum haberet. Tertia nocte diabolus, ut prioribus, adfuit: quem

Fugat à se
diabolum.

ut confexit vir sanctus, (Iam in increpationes proruperat) ait: O nequissime ge-
neris humani hostis, ò impudice canis, ò immunda bellua, quomodo meam au-
sus es simplicitatem deludere, ceu zelum qualemcunque erga Ordinem præ te
ferens? Et ego quidem, nisi hoc omnipotentis Dei dispensatio permisisset, sapien-
tius aduertissem, quod multo melior est obedientia, quàm stultorum victimæ. &
in eius faciem expuens, eum fugauit. Post paucos autem dies conualescens, iter ce-
ptum perfecit.

Conuale-
scit.

Cap. 23.

Quodam verò tempore contigit eum. Bisuntij graui premi egrotatione. Forè
enim iter tunc faciebat: & cum ædes illic nostræ non haberent, oportuit eum ad taber-
nam meritoriam diuertere. Igitur aliquandò ex æstuanti maxima vi febrium, adfuit
adulescens mappam candidam ad ceruicem pendentem habens, altera manu vini
vas ferens, altera verò argenteam crateram, & obtulit viro sancto, dicens: Magister,
ecce tibi porum porto suauissimum, quem seuerè bibas, quia in nullo te lædet. At
venerandus pater rem suspectam habens, & iam in dolis antiqui hostis expertus, si-
gno se sanctissimæ Crucis communiuit, ac mox diabolus euanuit. Ipsum ægrotan-
tem, visa hominis modestia & sanctimonia, antistes vrbs cum tota ciuitate miro
amore complexus est. Quare petijt, & multijugis precibus à patre Iordane obtinuit
illic cœnobium construui, quod Prædicatorij patres incolerent.

Signo S.
Crucis dia-
bolum ite-
rum repel-
lit.

Cap. 24.
Non est eū
dæmonem
eundem
foedus.
Esa. 28.

Aliquandò diabolus cum eo foedus inire cupiens, per os obsessi dixit: Magister,
tibi pollicor me nunquam fratribus tuis illaturum molestiam neque animi, ne-
que corporis, dum modò à concionibus abstineas. his enim ex omni loco me ex-
pellis. Ad quem vir sanctus, Absit, inquit, ut foedus in eam cum morte, & pactum si-
ciam cum inferno. Fuerat aliquandò Bononiæ quidam ex fratribus, à dæmone obses-
sus, tantæ fortitudinis, quod sæpè funes & vincula, quibus ligatus erat, veluti texen-
tium fila ruperet. Qui quotquot fratres offenderet, lædebat. Accidit ut Iordanes
semel ad cubiculum miseri obsessi diuerteret, quem robustissimis funibus ligatum
super stratum tenebant. Et viso illo, diabolus dixit ad eum: O si modò mihi daretur
facultas, te totum conciderem in frustra. Quo audito, iussit eum pater venerabilis
solui, dicens: Agedum, me si valueris laniato. Porro solutus, immobilis perman-
sit. Iterum ad virum Dei: O si inter dentes tenerem nares tuas. At ille in os eius na-
res imposuit. Sed is veluti vires amississet, lambere illum leui tactu coepit. Alijs mo-
dis, ut sanctum virum deciperet, & ijs quidem pluribus vsus est. Porro quando quò
contigit virum venerandum superuenire, cum iniquus hostis, de quo verba feci-
mus, fratres ceteros grauius iniurijs, & contumeliosis verbis afficeret: sed viso
sancto

Non valet
diabolus le-
dere virū
Dei.

SURIUS

q. ter
taber-
na
RVIII
5

sancto viro, assurgens omni cum honore, cepit eius conciones approbare, & ei blā
diri pro eius sanctissimis moribus, religionisque feruore, vt eiusmodi laudibus in
gloriam vanam impingeret. At verò non ignorans vir Dei, versutias, futelas ac ei
uafritias sua humilitate confudit.

Versutia
eius.

Nec his contentus, alio eum aggressus est modo. Quippè in cœnobio Bononien.
si tanto illum odore profudit, vt celaret manus, nè alijs redolerent, veritus eam, de
qua nondùm sibi confcius erat, prodere sanctitatem. Si ad sacra peragenda, quam
Missam vocant, calicem deferret, tanta ex ipso suauitas odoris exibat, vt totus po-
pulus immensa dulcedine tactus obstupesceret. Sed non est passus veritatis spiri-
tus, vafri diu durare fallacias. Nam aliquandò volens ad sacra puluinaria sacra fa-
cturus accedere, totoque corde dicere illud Dauidis vatis egregij eulogium, Indica
Domine nocentes me, & expugna impugnantes me &c. & ad illum versiculum de-
uenisset, Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi? tanta dulcedine perfu-
sus est, vt sensim ei viderentur omnium ossium medullæ Dei spiritu irrigari. Mox
verò Deum precibus rogauit, vt si diabolicis prædictus odor fraudibus ageretur, sua
benignitate ostenderet. Illicò Dei nutu animaduertit hoc antiqui hostis fuisse fig-
mentum, vt eum daret præcipitem per gloriam inanem.

Cap. 25.

Nititur eū
dare præci-
pitem per
vanā glo-
riā nec va-
let.

Aliquandò ad generalem conuentum Parisijs celebrandum plurium fratrum
sepeus multitudine pergens, circa horā cibi sumendi fratres iussit hincinde cibum
ostiatim per villas exquirere, certum locum iuxta fontem quandam designās, quò
conuenirent. Igitur fratres iussa patris diligēter perficientes, tandem ad locū desti-
narū, vbi venerandus pater cōsedeat, cum pane modico deuenere, vix enim tātum
panis detulerant, qui viris quatuor satisfaceret. Erat autem cum patre Iordane fra-
trum maxima caterua. Viso igitur pane modico, & eo quidem grossissimo, hilari-
tate & spiritu in laudes amplissimas Saluatoris, voce ingenti prorupit, ceteros ad
se sequendum adhortans. Exaudiens quædam mulier cantantium voces, nouitate
rei capta, currens ad locum, vidensque illos, cepit arguere, dictitans se plurimum
mitari, quòd tali hora præcinerent veluti insani, cum sacris initiati essent, & toga
induti religionis. Forte paulò antè orto sole hæc fiebant à patribus (Porro antè so-
lis exortū diu in itinere laborauerant, quòd ea hora eis peropportuna visa est pro-
sumendo cibo) Sed mulier cognita causa, propter quam hoc fieret, videlicet pro-
pter victus penuriam, quam patiebantur pro Christi Iesu amore, illicò domum se
referens, panes, vinum & caseum in maxima copia ad illos detulit, nil aliud effra-
gitans, nisi se eorum precum participem fieri.

Cap. 26.

In maxi-
ma victus
penuria
fratres deo
laudes de-
cantant.

A muliere
pascuntur.

Cap. 27.

Matrona Gallica, visis fratrum Prædicatorum honestissimis moribus, agrè ferente
viro suo, ipsis hospitium præbebat, quippè ibi fratres nõdùm ædes extruxerāt. For-
te aliquandò viro Dei Iordani hospiti ad se diuertenti prandiū apposuerat, eiusque so-
cietate. Et ecce prædentibus illis vir eius superuenit. Quo viso, iram dissimulans (Porro
in eam plurimum excæderat) cum sancto viro cōsedit, pariterque sumere cibū cœ-
pit. Dum verò vinum appositū libauit, mancipio voce ingenti iussit, vt alterius do-
lij vinum hauriret, ceu dignius decentiusque, licet deterius & penè corruptū. Nem-
pe veneranda matrona optimū obtulerat, ex quo doluerat iste plurimum. Itaque
iussit corruptū coram afferri, vt vxorem molestia afficeret. Delatum per mancipi-
um vinum, prout iusserat, primus omnium gustat, & quod penè marcidum nouerat,
optimum prælibat. Igitur se à seruo deceptum ratus, truci facie minaciq; voce ire-
rium iubet ex illo certo dolio vinū afferri. Iterum ex vino allato prælibat, & opti-
mum inuenit: & in increpatione prorumpens, seruumque abire in malam rem ma-
lumque cruciatū iubens, ipse furijs inuectus, surgens accessit ad dolium, vinū hau-
sit, gustauitque. Quo hausto, id optimum & gustui gratissimum sic inuenit, vt meli-
us fortè iam multo tempore non gustasset. Qua re perterritus, penè factus elinguis,
quid vltà diceret, nõ habebat: simulac in tantā Prædicatorum patrum admiratio-
nem deuenit, vt eos apprimè diligeret obseruaretque. Et deinceps vxorē alacri ani-
mo liberè omnibus ijs & hospitium & cibum subministrare permisit.

Matronæ
cuiusdam
hospitali-
tas.

Vinū mar-
cidum in
optimum
mutatur.

Cap. 28.

Mulier pudicitia suæ nihil vel parum cōsulens, sapius se prostituit: sed aliquan-
dò in se reuersa, diabolico suaso, cum multoties propositū abstinentiæ perfregisset,
vt se veneno interimeret, deliberauerat. Igitur captata opportunitate, aranæ in-
gentē deglutit. Morti itaque appropinquās, (Fortè haudquaquam huiusmodi an-
te hæc fuerat experta dolorē) calamitatem vtranque, videlicet animæ corporisque

Mulieram
neam ex
desperatio
ne glutit.

quantocyus probanda mente agitans, cæli Regina supplicibus lamæis, supplicibus
que lachrymis rogabat, ne se in tanta calamitate desereret, sed potius opem sibi fer-
ret. At regina cæli Maria virgo, miserorū dulce refrigeriū, turamen & portus nau-
fragantium, voces misellæ exaudiuit: & ecce vocē audiuit illa dicentem. Ad Iorda-
nem, Ordinis Prædicatorum generalē Magistrum in proximo venturum propera,
ipsumque interpella, illique dicit, te à me missam, & crimina abs te commissa, co-
ram eo fateri, & salua eris. Propter igitur iussa perficiens, fortè utroque dolore im-
pulsam, sanctumque virum adiens, probra confessa est, nec exinde dimota est, donec
cum criminum vomitu, simul & araneam & venenum euomuit: Deo genitricique
sanctæ eius gratias agens, pristinæ sanitati reddita est.

Per S. Ma-
riam Ior-
danis mini-
sterio libe-
ratur.

Cap. 29.

Prudēs ei-
ad interro-
gata respō-
sum.

Interrogatus aliquandò à fratre laico (Huiusmodi enim viros, toga nostræ reli-
gionis indutos, qui sacris nō inicianur, vt suprā dixi, atra cuculla vtentes, scapulare
vulgò dicta, Conuersos appellamus, & à priscis patribus laici nuncupati) si ea vi-
cæque virtute forent deprecationes prædita, prolata per earum vigorem expertes,
vti per eos, qui ea, quæ proferunt, apprimè intelligunt, vimque earum sciunt, prout
clerici, (Eos Clericos nominamus, qui ad sacra peragenda admittuntur) respondit:
Tanta virtute, tantoque precio dignus est preciosus lapillus in manu virtutem ipsius
ac preciositatem ignorantis, quanta in manu non ignorantis, sed optimè cogno-
scentis.

Cap. 30.
Est Fride-
rico Impe-
ratori fa-
miliaris.

Accessit aliquandò ad Fridericū Imperatorē, visendi eum gratia. Apprimè Fri-
dericus virū Dei diligebat, colebat, venerabaturque. Data redditaque salute, tandem
cōsedere ambo, verum post multa verba familiarissima, diu conticere. At Iorda-
nes factō silētiō, ad Cæsare dicit: Plurimum Cæsar miratus sum, quòd abs te mini-
mè de his, quæ dicuntur per diuersas prouincias, fuerim interrogatus, cum scias nos
continuè per omnē ferè Christianitatē diuagari, & qui rumores audiuntur, quæ de
te fama percurrat. Respondente Cæsare, se habere cursores, veredanos, nunciosque
per orbem terrarum, & in curijs principum, ex quibus cognoscere, intelligere ac
omnia, quæ fiunt, adamusim scire posset, dixit Iordanes: Christus orbis terrarum
Dominus, licet omnia adhuc in humanis agens sciret, tamen à discipulis de se qua-
rebatur, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? Tu quidem Imperator
homo es, & multa, quæ de te dicunt, ignoras: quorum scientia tibi Imperioque
tuo plurimum conduceret. Fertur enim per prouincias, quòd bona Ecclesiarum
veluti tua temerariè exigis, cum sint sacris initiatorum & pauperum, contrèctas ac
pro libito exponis. Iustas ac rectas sententias contemnis, procuras auguria, iudicis
ac Saracenis plurimum faues, optima tuorum consiliatorum aspernaris consilia,
Pontificem maximum Christi Vicarium, Petri Apostoli legitimum successorem,
totius Reipublicæ Christianæ moderatorem, omniumque nostræ parentem, tibi ac
omnibus principibus in spiritualibus &c. præfidentē contemnis. Hæc certè Cæsar
plurimum de tua dignitate detrahunt. Sicque eum in multis familiariter corripi-
ens, valedicens æque vt antea charus Cæsari, indè abiit.

Matth. 16.

Seuerè eū
arguit vir
Dei.

Quæsiuit ab eo quidam, quem Canonē, quas ve institutiones obseruaret. Prædi-
catorū sanctiones, respondit: quæ huiusmodi sunt: Honestè viuere, discere, & do-
cere. Quæ tria efflagitabat Dauid à Domino, dicens: Bonitatem & disciplinā & sci-
entiam doce me. A quodā scholastico interrogatus, quid subesset causā, quòd ex
quo Prædicatorum & Minoritarum ordines per orbem discurrere ocepérat, non
sic lætè & alacriter visi sunt homines inter se cōuersari, vt antea. Hoc se negare pos-
se dixit, & oppositum videri & esse: tamen volens satisfacere illi, sic respondit: Post-
quam nos in mundo venimus, homines docuimus acta sua perperam facta cogno-
scere, & alia multa, quæ ignorabant. Quæ vt cognouère, nec ab illis abstinere vo-
lentes, conscij de proprijs reatibus, & grauius peccant, grauiusque puniuntur. Graui-
us est enim crimen, quod ex certa scientia committitur, quam quod ex ignorantia.
Deus verò malitiā hominum videns, & in peccatis illos perflare, vt antea, seuerius
illos punit, & deinceps mittit in ipsos pestilentiam, terræ motus, annonæ, vini ac
cæterarum rerum, quæ homini sunt vsui & solatio, caritatem, huic ad stipulan-
te vatis elogio. Posuit terram fructiferam in saluginem, à malitia inhabitantium
in ea. Iusteque his omnibus, cæterisque angustijs homines exercuat plus retro actis
temporibus, eò quòd magis delinquant. Cæterum vobis dico, nisi in melius
mores vestros reformaueritis, ex quo noscitis viam, qua permeare debeatis,
auipi.

Cap. 31.
Prædicato-
rum san-
ctiones, q̄.
Psal. 118.

Flagellorū
Dei, quæ
causæ exte-
riant.

SURIUS

q̄ter
Iordanis
AVIII
5

auspicio Prædicatorum ac Minoritarum patrum, & à qua declinare: in posterum feuerius duriusque puniemini, ipso Domino in Euangelio attestante, cum dicit: Seruus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis. Luc. 12.

Ea tempestate, qua venerandus vir Iohannes Vincētinus, vita, doctrina & sanctitate conspicuus, Bononiæ concionans, in melius hominū mores reformauit, prout in eius Vita dicemus, timentes ciues nostri Bononienses tanto patre orbari, communi voto aliquot viros doctrina claros Parisios ad conuentū generalē, seu Capitulum, ut ipsi vocant, Ordinis nostri legatos miserunt, ut efficerent, ne tantus vir à Bononiensi ciuitate auferretur, coram plurimas adducentes rationes, inter quas etiā hanc protulere: Totam fuisse ciuitatem verbis eius in melius reformatā, & iam iactum semen fructificare, in breui coalescendum, ut in optimam frugem euasurum fit. Quod si modo Iohannes abiret, fortassis omnē segetē arefieri, nodum bene firmam. Quare rogabant patres, ut ciuitati Bononiensi morē gererent. Quibus per Iordanem responsum est ferē in huiusmodi verba, prius tamen collaudata ciuitatis beneuolētia & deuotione: Oratores egregij, causa quam coram protulistis, suadens, ut amoueri pater Iohannes à vestra ciuitate non debeat, non cogit nos votis vestris facere satis. Porrò vos scitis, agros ferentes, iactis seminibus in agro, exinde abire, nec ibidem permanere, ut videant quomodo semen producat, quòve modo coalescat, fructum que proferat: sed iactis in vno loco seminibus, relicto illo, ad alium serendum vadunt. Inscitia illum argueremus, qui iactis seminibus, in agrum comportaret stratum, ut incrementum vel decrementum frugum obseruaret. Iohannes iecit in vestra ciuitate semen: oportet ut vadat in aliam ad id faciendum, iuxta monita Saluatoris dicentis, Quia & alijs ciuitatibus oportet me prædicare verbū Dei. Veruntamen cognita vestra ciuitatis ad Ordinem nostrum dilectione, ne videamur tantorum preces ciuium aspernari, colloquio inter nos habito, adnitentur vestris sat facere petitionibus. Cap. 32.

Eccē quem fructū in Ecclesia fratres Dominicani fecerint.

Prudens viri Dei oratio.

Luc. 4.

Accidit ut pius pater tunicam dono daret cuidam petenti, egenum ac debilem simulanti. Qua is accepta, ad tabernam meritoriam diuertens, eam vendidit, & in epulis precium consumpsit. Frater quidam hoc videns, Iordani dixit: Ecce pater, cui vestem tribuisti, iam is in taberna meritoria eam liguriuit. Ad quem uenerandus pater, Malo me amisisse, inquit, tunicam, quam pietatem. Quod enim egi, id pietas suauis, putans eum illa indigere, cum crediderim illum inopem & agrotum. Quapropter eius inopia & miseria occurrere volebam. Cap. 33.

Cap. 33.

Cōmiseratio eius in pauperes.

Instituerat aliquando Gregorius Pontifex maximus, quorundā monasteriorum fratres aliquos nostri Ordinis censors. Qui accepta autoritate censoria, non seruat iurium ordinibus, licet id iuste fecerint, sententiam mox protulere, & quosdam Abbates suis officijs ac dignitatibus priuauere. Quod cum intellexisset Pontifex cum Cardinalibus, indignati eò quod secundum iuris ordinē processum, ut diximus, non fuerat, rescindere latam per fratres sententiā constituerant. Rebus hoc modo pendentibus, fortē superuenit Iordanes, & ei facultate loquendi data, sic faceret dixit: Pater sancte, mihi hoc sæpè accidit, quod dum vellem ad aliquod Cisterciensis Ordinis monasterium declinare, animaduertens cum socijs cōsuetam viam in longum protrahi, per tramites inter prata iter faciens citius perueni, pertæsus prioris viæ longitudinem, præ oculis monasterium videns. Verum si tunc ianitor me interrogaret, qua venissem via, & intelligeret per tramites, nonne feuerior videretur, si remitteret nos ad cōsuetam viam, ut per eam veniremus, nolens nos aliter in monasterium introducere: Sic igitur Pater sancte, licet per iuris viam fratres non inceserint, quæ fortē nimis longa illis videbatur ad istorum Abbatum depositionem, cum deponi fuerint digni, prout vestra sanctitas de facili dignoscere poterit, sustineatis rogo quod factum est, licet per quancūque viam eò deuentum fuerit. Cap. 34.

Cap. 34.

Optima ac prudenti similitudine Rom. Pontificē ad suum votum fecit.

Nonnunquam causam reddebat, quare citius scholastici philosophiæ inferuientes, ad sanctissimam religionē aduolarent, quam theologi & iuristæ. Dicebat enim: Facilius bono rustici inebriantur vino, veluti insueti, qui aquam libare solent, quam nobiles, qui vina optima & fortia non timent, eò quod in vsu habeant. Philosophi quidem tota hebdomada Aristotelis & aliorum philosophorum aquam epotant. Vnde cum in diei Dominicæ sermone, vel festi Christi Iesu verba, & seruatorum eius Cap. 35.

Cur plures philosophi quam Theologi seu Iuristæ

SURIUS

q. her
d. her
RVIII
5

religionē
ingredian-
tur.

dulcia & vehementia hauriunt, mox inebriati mero sancti spiritus capiuntur, & non tantum sua, sed & seipfos Deo elargiuntur. Isti verò theologi sapē huiusmodi verba audierunt, & idē eis sicut rustico & adituo contingit, qui ex assiduo ante aram Dei transitu irreuerenter se habet, & ad illam nonnunquam terga vertit, cate.

Cap. 35.

Aliquandō in conuentu generali, seu Capitulo, vt dicunt, faciundo, haud leuiter ægrotans, cum pro more in festo Pentecostes ad fratres verba facere non posset, tandem rogatus, Capitulum ingressus dixit: Hac hebdomada, patres, crebro dicemus: Repleti sunt omnes spiritu sancto. Non ignoratis, quod si vas oppleti aliqua recenti re debeat, oportet id euacuatum reddi, quo antea erat oppletum. Sancti igitur Apostoli repleti sunt à sancto spiritu, quia euacuati erant à spiritu suo. Et hoc etiam in Psalmo cantamus: Auferes spiritum eorum, & deficient, à se scilicet, vt proficiant in te: & in puluerem suum reuertentur. & sic emitte spiritum tuum, & creabuntur &c. quasi diceret Dauid: Si tua gratia voluntatem propriam, & singularem ac priuatam à se euacuauerint amorem, tuo replebuntur sancto spiritu. Quo verbo fratres apprimè ædificati recessere. Semel fratres admonens, vt à leuitatibus abstinerent, dixit: Mihi & alijs præfidentibus sicut opilioni accidit, qui magis vnus hirci custodia affligitur, quam centum onium. Sic vnus insolens magis præfidentem grauat, & domum exturbat, quam alijcentum fratres, qui oues sunt, quæ pastorem sequuntur. Porro sibilum eius noscunt, nec eum relinquunt: sed simul vadunt, sistunt, accubant, comedunt, bibunt, capite inclinato herbas legunt, in omnibus fructuosæ, in paucis radiosæ. Sed nonnulli, vt hirci, turbantes pastorem & gregem, discurrunt, perstreperunt, in socios capita impingunt, & altè saliunt, viam non retinent, aliorum fata lædunt, neq; virga opilionis, neque clamore arcentur: & ad vltimum, breuè caudam, id est, arctam patientiam habent, & idē quandoquē foeda sua ostendunt. Pro Deo, fratres amanillimi, fugite huiusmodi hircinos mores, & estote oues Dei.

Psal. 103.

Monachi
reprobi
hircis simi-
les.

Cap. 37.

Ociosus
fermo vt
fit euitan-
dus.

Itē vt ab ociosis sermonibus cauere semel admonens fratres, ait: Videtis fratres, quod imperceptibiliter, quantumcunq; in psalmodia altè incipiat, paulatim vox cantantiū defluit & cadit. Sic quantumcunq; bona verba dicere incipiamus, vel ad alterutrum cōferre, paulatim ex humana corruptione ad vana plabimur. Sed qui bonus est, & hoc percipit, debet facere sicut in choro cantor, qui locis aptis eleuat vocem. Sic bonus vir casum ociosorum aduertēs verborū, aliqua verba interponere debet, vel exempli gratia, vt interrumpat nociua. Eodem modō cum ex carnis corruptione paulatim nō solum à verbis, sed & à solito religionis feruore tepescimus, nos inuicem excitare debemus. Aliquandō sermo coram venerabili viro factus fuit de quodam patre, viro probo & virtutibus prædito, quod antistes iure optimo fieri deberet. at vir Dei respondit: Mallem eum feretro mortuū ad sepulturā sociare, quam in cathedra antistitem videre sedentem. Quidam vir nobilis Germanus, potentia maxima fretus, vi bouem foeminam à matre viri sancti Iordanis abstulerat: post paucos dies verbis suis Iordanes eiusdem filium ad ordinē traxit. Quo audito, pater quosdam ad eum de filio ablato querens, præmisit: Quibus Iordanes sic facere respondit, vt eorum furorē leniret: Haud ignoratis Germaniæ consuetudinem, quæ huiusmodi est, quod si quispiam alicui iniuriam intulerit mulieri, nemo agrē ferre debeat, si fuerit à filio vindicata. Cū ergo cuius ille matrem meam boue priuauerit, non iniquo animo vos, nec ille ferre debet, si vitulum abstulerim.

Itē præ-
lationis
sublimitas

Cap. 38.

Ex vno ver-
bo aliquā-
dō senten-
tia intelli-
gitur inte-
gra.

Aliquandō in partibus transmarinis rogatus à Templarijs, vt sermonem faceret Gallicè, (Fortè ij Galli erant, nec eorum idioma plurimum callebat) votis eorum libenter annuit. Accidit autem, vt in quadam platea omnes essent, quodam muro ab vno latere ad hominis staturam cincti. Volens ergo in initio eos admonere, quod licet Gallicè parum loqui sciret, tamen fideret ex vno verbo modico Gallico magnam aliquā sententiam colligerent, dixit: Si quispiam asinus, honore dato, vltra murū consisteret, eleuaretq; caput, vt saltē eius auriculā videremus, iam omnes intelligeremus, quod ibi asinus totus esset, ita vt per modicum partis totum intelligeremus. Sic nonnunquam accidit, vt magna sententia dicta, vno breui verbo intelligatur, quanuis tota sit Germanica, & modicum Gallicum.

Cap. 39.

Accidit vt vir Dei plures tyrunculos nostræ religionis, per ipsum sanctæ cōtentionis toga indutos, ad quoddam cœnobium secum duceret: fortè illos ad habitum

tūm receperat in loco, vbi fratres nō habebant aedes. Igitur cum his ad meritoriam tabernam diuertens, & pro consuetudine, hora id petente, officiū persoluens, quod Completorum dicunt, accidit, vt quidam ex ijs in risum prorūperet. Ceteris verō id cernentibus, vehementer & ipsi ridere coeperunt. Animaduertens autem quidā ex sodalibus viri Dei, nutibus adnitebatur eos compefcere. at illi magis ac magis ridebant. Tunc Iordanes dimisso Completorio, & dicto Benedicite, ad socium conuersus, Frater, inquit, quis horum tyrunculorum tibi curam demandauit? Quid ad te atinet de eorum risu? Et ad illos conuersus, Filij, ait vehementer ridete, nec inceptum omittatis, quia hoc vobis concedo. Et vere ridere, beneque vos gaudete oportet, eo quod ē diaboli carceribus existis, fractis vinculis illius, quibus, multō tempore vos ligatos tenuerat. Ridete igitur, filij, ridete. Porro illi hoc in sermone consolati in animo, dinceps ridere ore effuso nequiuere.

Risum fratru prudentissime cōpescit.

Semel Parisijs concionans, & adhortans sceleribus obnoxios ad Deum properare, & acta improba rescindere, diluereque illa per sanctissimam confessionem, nec diutius in eis persistere, & occurreret sibi, quod in scriptura peccatum inferni porta diceretur, ait: Si quispiam hodiē, cras & post cras, & pluribus diebus ad coenobium veniens, prae foribus aliquem continuē federe adolescentem animaduertet, nonne de facili ipsum ordinem ingredi velle putaret? Quomodo igitur non est credibile, quod intrent in infernum, qui tandiū sedent in porta? Item dicebat, sicut ceterarius, qui murum obtortum reparare satagit, quosdam lapides retrahit absconditos, & prominentes repercutit, sic in emissionē claustraliū praefectum facere oportet, vt videlicet illos, qui nimis latitare cupiunt, ad actionem dirigat: & illos, qui nimis exponi volunt, iutus contineat.

Cap. 40.

Peccatū inferni porta Matth. 16.

Consueuerat idem venerandus pater eundem sermonem aliquoties in concionibus iterare. Quod cum ei obijceretur, respondit. Si quispiam bonas herbas legit, illasque ad palmentum faciendum accuratē preparasset, esset ne conueniens illas projicere, & pro alijs colligendis laborare? Dicebat etiam: Si alicui facultati tantum studuissem, quantum huic Apostoli verbo, Omnibus omnia factus sum: iam doctior in illa poteram extitisse. semper enim studui, qualiter me alijs conformare, & me non formare: nunc videlicet cōformando me militibus, nunc clericis, nunc ceteris. Is venerandus pater quendam apostatam (illos apostatas vocamus, qui ausu temerario religionis vestimenta exuunt) ad ordinem resumere adnitebatur. Cumque conuentu edito, fratrum sententias exigeret, vnusque prae ceteris non assentiret, dixit: Esi hic modo crimina multa commiserit, forsitan multo plura his adijciet. Sed cum ille se de hoc nō curare assereret, respondit: Certē frater, si tu pro istorūtillo viro vnā duntaxat sanguinis guttam fudisses, sicut Christus Dominus noster pro ipso sanguinem suum, aliter responderes. At ille in se reuersus & confusus, se humi prosternens, opinioni ceterorū aequo animo cessit.

Cap. 41.

i. Cor. 4.

Quam fuerit vir Dei benignus in resumendis apostatis

Quidā frater subti mens, nē possint tot orationibus & deprecationibus factis à fratribus elemosynae per solui, quibus viuēbant fratres, aliquando suam sancto viro narrans opinionem, efflagitabat se ad plenum de his instrui. Cui venerabilis pater respondit. Cū sint spiritalia precij inæstimabilis respectu temporalium, constat illa in infinitum hāc praecellere, & esse incomparabiliter meliora. Vnde te scire volo, & hoc inconcusse tenere, quod si pro omnibus elemosynis, quas comedisti, dixisti semel orationem Dominicam deuotē, ad plenum persoluisti. Procurator quidam (Procuratores huiusmodi viri apud nos dicuntur, qui pro diuturno victu reuoluntaria monasteriorum necessarias procurant) pertusus hoc onus, aliquando rogauerat instanter Iordanē ab eo se absolui. Cui vir Dei respondit: Officia creberrimē ferē. Ista quatuor comitatur: Negligētia videlicet, & impatiētia: labor & meritū. A primis duobus te absoluo: duo verō reliqua in peccatorum remissionē tibi iniungo.

Cap. 42.

Dominica oratio quā tū valeat.

Aliquando in conuentu fratrum, quod Capitulum appellamus, quidam frater delatus est, quod dedisset mulieri dexteram. Cum delatus diceret mulierem illam sanctam esse, tunc praesidens ait. Pluuia bona est, & bona terra: tamen ex eorum commixtione fit lutum, quo sedantur ceterae res. Sic & manus viri licet bona fuerit, similiter & mulieris, ex mixtione tamen illarum nō nunquam cogitatio vel affectio mala confurgit. Quasiuit aliquando à sancto viro quidam frater, vtrum vtilius foret sibi semper orationibus insistere, an scripturarū se studijs occupare. Qui ait: Quid melius est, Semper bibere, an semper comedere? Et vtiq; sicut ista compe-

Cap. 43.

Egrigie soluit fratru quæstiones

f 4 tit al.

tit alternatim fieri, sic & illa. Itē alius rogauit, vt ostendēret quid orandū sibi melius expediret. Cui dixit: Bone frater, quicquid tibi maiorem ingenerat deuotio- nem, huic insistere non omittas. Nam ad orandum id salubrius tibi erit, quod affe- ctum tuum fructuosius irrigabit. Plura quidem alia verba, digna quae scriptis man- dentur, & opera praecleara edidit, ex quibus ingens conficeretur volumen: quae ne- tandē lectori radio sim, missa facio: fortassis ea alio loco describam.

Cap. 44. Tandē anno Domini millesimo, ducentesimo trigesimo sexto conuentu deci- moseptimo edito Parisijs, quem generalissimum secundum dicunt, in mentem subijt Hierosolymam perere, visendi gratia sanctae redemptionis nostrae loca, ac fratrum coenobia. Ad hoc enim peragendum antehac nutrierat barbam. Itaque valedicens patribus pelago se credidit: sed cum prope Acon peruenisset, ingen- ti oborta tempestate, cum duobus socijs, & nouem & triginta hominibus, nau- ui fracta, in fluctibus perijt Idibus Februarij. Porrō eius felicem obitum per litteras subsequentes Gotifretus & Reginaldus, Ordinis nostri fratres, Praesidentij Parisi- ensi denunciāruunt: Gotifredus & Reginaldus Ordinis Praedicatorum, Pontificis Maximi Pœnitentiarij, Praesidentij ac fratribus coenobij Parisiensis salutem. No- ueritis, quod inundantis maris saeuitia, ac suo impetu propellente ad litus ttre- mem, in qua dulcis pater noster Magister Iordanes cum duobus fratribus erat, ipse & nonagintanoue homines liberati sunt ab hoc seculo nequam. Super hoc tamen, charissimi, non pauca cor vestrum, quia nobis orphanis pius pater & Deus totius consolationis remedium & post tempestatem prouidit tranquillum. Nam dum iacerent corpora inhumata (vt testantur, qui de illo naufragio euaserunt, qui eos tradiderunt proprijs manibus sepulturae) luminaria de caelo super eos singulis noctibus effulserunt: sed & cruces multae super eos visae sunt, & a multis. Ad quod miraculum loci incolae confluentes, tanti odoris fragrantiam hauserunt, quod iuxta testimonium eorum, qui post visa miracula eos tres sepeliere, vsq; post decem dies odor nimis ab eorum manibus non recessit. Sed & per circuitum sepulturae eiusdem, odoris suauitas latius emanauit, vsque quod fratres de Acon uenerūt cum nauigio, & eos in suam ecclesiam transtulerunt. Vbi dictus pater quiescit, & multa multis beneficia praestat, per omnia benedictus Deus, Amen.

Cap. 45. Beati viri obitus hoc modo in coenobio Lemouicensi, quod deprimis Ordinis coenobijs fuerat, reuelatus fuit. Erat quidam frater qui praecipuo affectu Dei uirum Iordanem colebat, & venerabatur: qui anteq̄ citra Alpes decessus eius innotesceret in ecclesia post matutinas ad Deū preces emittēs permanerat. Cumq; Deus rore ce- li cor eius illustrasset, obdormiuit, cum antea orasset p̄ venerabili patre deuorē, quē in transmarinas partes secessisse intellexerat. Et ecce videbatur ei quod erat in ripa quarundam aquarum ad modum immensae latitudinis ac profunditatis, quibus vi- debat multorum hominū cadauera ceu ex aquis recenter educta. Et cum hoc pluri- mū admiraretur, videbat Iordanē quasi ab interioribus aquarū illic emergentem fixum in cruce, solito iucundiorē manibus ac pedibus extensis, quae ad modum solet B. Andreas Apostolus pingi, & alacrē absq; vilo adminiculo in caelum scandentē. Quae cum frater intueretur, stupore percussus, beatus pater illi sermone blando sic locutus est. Nisi ego abiero, paraclerus nō ueniet ad uos. Quo dicto, manibus eleua- tis, cū ipsa cruce ferebatur in celū. Porrō eo disparente, is videbat sigillū eius in terra iacere. Cū igitur posthac vulgatus fuisset uiri Dei obitus & modus, quo uita deun- ctus fuerat, quid ea praetenderet visio, plenius cognouit.

Cap. 50. Huius uita nialis uirgo, grauis annis, Lutgardis nomine, per quam Deus multa operatus est mi- racula, dum in humanis ageret, & post eius felicem exitum. Porrō hac miro amo- re, mira q; deuotione uirum Dei Iordanem complectebatur. Huic cum quadragin- ta annis in sancta conuersatione Domino deseruisset, iamq; praesentio & lachry- mis, quas sedulo fuderat, nō uideret: in ipsa uigilia Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi beatus pater apparuit in hunc modum: Cum enim ipsa ab hora diei prima usque in sextam orasset nec solitam persentiret deuotionem, cadere coepit, & in hac prorupit uerba: Prō bone Deus, unde hac patior? Certē aliquem in caelo uel in terra amicum pro me nunc orantem haberem, hac cordis modo carerem du- ritia. Haec illa dicente cum lachrymis, ē uestigio ante mentis oculos quidam frater tam lucidus, tam gloriosus apparuit, vt illum ob claritatis magnitudinē nō agno- uerit.

Cap. 51. Visio Fra- tris cuius- dam. Iohann. 16. In monasterio Aquiriae Ordinis Cisterciensis in Brabantia, fuit quaedam sanctimo- nialis uirgo, grauis annis, Lutgardis nomine, per quam Deus multa operatus est mi- racula, dum in humanis ageret, & post eius felicem exitum. Porrō hac miro amo- re, mira q; deuotione uirum Dei Iordanem complectebatur. Huic cum quadragin- ta annis in sancta conuersatione Domino deseruisset, iamq; praesentio & lachry- mis, quas sedulo fuderat, nō uideret: in ipsa uigilia Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi beatus pater apparuit in hunc modum: Cum enim ipsa ab hora diei prima usque in sextam orasset nec solitam persentiret deuotionem, cadere coepit, & in hac prorupit uerba: Prō bone Deus, unde hac patior? Certē aliquem in caelo uel in terra amicum pro me nunc orantem haberem, hac cordis modo carerem du- ritia. Haec illa dicente cum lachrymis, ē uestigio ante mentis oculos quidam frater tam lucidus, tam gloriosus apparuit, vt illum ob claritatis magnitudinē nō agno- uerit.

SURIUS

q̄ter
uener

RVIII

5

uerit. Vnde ipsa stupefcens, ait: Quis es tu? Et ille: Sum Iordanes, quondam Prædicatoriæ familiæ moderator. Exiui enim ex hoc seculo ad gloriam beatorum, & inter Apostolorum choros & prophetarum euectus, missusque ad te, vt in festo isto lætissimo te cõsolarer. Tu ergo iam secura esto: quia in proximò est vt à Deo coroneris. deinde subiunxit: Deus misereatur nostri &c. cum Collecta de Spiritu sancto quem, me rogante, promeo Ordine dicere promiseras, vsque in tuum finem ne omittas. Moxque euauit, eam in tanta animi lætitia, quantam nunquam habuerat, dimittens. Hæc eadem ferè, etsi alio modo, beatus pater cuidam fratri Ordinis nostri reuelas, quod in ordine sublimium præsentium, & in cælo locatus esset, honorabili schemate demonstrauit.

Quidam ex Ordine Carmelitarum frater, diabolica suafione tentatus de Ordinis excessu, exaudiens Iordanem aquis obrutum magis ac magis intra se turbatus dicebat apud se. Incassum qui Deo seruit, vt video, laborat. Aut Iordanes ille in via Dei non incessit, qui sic miserabiliter perijt: aut Deus non æque retribuit ijs, qui sibi seruiunt. Inualefcens animi ægritudine & mœrore, exire ordinem in animo institerat. Hæc illo deliberante, præcedenti nocte, qua die postero firmauerat exeundi propositum, ecce apparuit ei insignis vir luce immensa præditus, ipsum circumiēs. At ille tremens ac stupens, orat dicens: Domine Iesu Christe, mihi esto præsidio, & ostende quid sit hoc. Exemplo vir ille insignis respondit: Ne turberis frater: quia sum Iordanes ille, de quo hæsitabas. Hoc firmiter teneas, nec dubites, quia saluus erit omnis, qui vsque in finem Domino nostro Iesu Christo seruerit. illicoque disparuit, ipso ad plenum in omnibus dimisso lato. Hæc vt gesta fuerant, is frater cum præfidente cœnobij eius, ac Simone fratre viro religioso, Patribus nostris, narrare consueuerat.

Non inutile reor, erit aliqua referre miracula, post eius felicem exitum ad eius nominis inuocationem per Deum facta. Præfecerat is venerandus Pater, adhuc in humanis agens, quandam insignis vitæ sanctimonialem foeminam monasterio cuidam forminarum, sub cura & habitu ordinis nostri. Quæ post multum temporis, cum in eo officio omni modestia, grauitate, religio sitate præfuisset, incidit in paralyfim, ita vt è grabato absque ministrantium adminiculo nullatenus se mouere posset. Quæ propter sæpissime enixè efflagitauerat se eo munere absolui: sed omnibus sanctimonialibus recla mantibus, nunquam potuit voti compos fieri, eo quod vtilior videtur monasterio ipsa sic ægrotans, quam alia quæcunque sospes: Contigit verò die quadam post beati viri obitum, cum multa miracula à plurimis referretur ad eius nominis inuocationem facta, vt sanctimonialibus cibum sumentibus, iuberet se in gestatorio à duabus fororibus, in ecclesiam deferri, & ante aram ibidem se poni. Eremissis fororibus, deuotè ac iugiter beatum virum Dei Iordanem rogauit, quem firmiter credebat in caelesti ac illa diuina domo glorificatum, vt impetraret à Domino quatenus vel cito vita excederet, vt sic hac molestia liberaretur forores: vel quod obtinere saltem posset à præfidentibus ordinis ab ipso onere absolutionem, vel pristina sanitate donaretur, qua habilis fieret ad monasterij munera obeunda. Simul hæc emisit preces, sensit sibi quandam virtutem diuinitus infundi. Deinde coepit pedem alterum plena fiducia, & alterum extra gestatorium ponere postea surgere, & hac illacque per chorum meare, veluti tentatura, si verè sanitatè esset adepta. Interim dum hæc ab ipsa aguntur signum nola refectionis datur, vt forores è mensa surgerent, postquam cibo potuque satisfactum erat. Igitur fororibus pro gratijs reddendis secundum consuetudinè ad ecclesiam venientibus, obuiam sana fit. Quam cum iuniores primo ex refectione exeuntes viderèt, subdubitabāt an Priorissa illa esset, quam præter consuetudinem deambulantè cernebant. Cantorissa verò cum antiquioribus vltimo refectionem exiens, cum animaduertèrat, eam rectè ambulantem, quam paulo ante in gestatorio sine viriù vsura reliquerat, omisso Psalmo Miserere mei Deus &c. (Porro psalmum hunc pro more præcinebant) quanta poterat voce, Te Deum laudamus, cantare coepit, & prosequentibus ea voce cæteris fororibus, à cõuicinis insolita voces exaudiuntur. Quibus permoti, verentes ne illis aliquid mali accidisset, utpote monasteriù occupatū à prædonibus, armis fulti, vt succurrerèt, si necesse foret, accurrunt. Sed re mox intellecta per fenestram à Priorissa, inde Deum laudantes cum sancto viro Iordane abièrunt.

In Praga Boëmiae metropoli erat Cursitius, cognomento Albus, vxorem habens

Apparet. S. Lurgardibearus Iordanec.

Cap. 47.

Itè cuida Carmelite cundè adfianore mea tem vocas

Cap. 48.

paralytica meritissim Dei Iordani integri. rati restituitur.

Cap. 49.

nomi.

nomine Elisabeth pregnantē. Hæc igitur partui vicina, ante triduum q̄ pareret, foetum in ventre moueri haud perſenſerat, vt antea. Cœpit plurimum ſubdubitare ac timere, nē interiſſet. Cum nocte, qua foetum poſtea excluſit, graui dolore premeretur, filiū pariendum deuouit, ſi maſculus foret, viro ſancto Iordanis, affirmans eum impoſſibile non eſſe ſanctū, cuius vitā & doctrinā ingentem tam crebro audierat: ſi autē fœmina, diuæ Eliſabeth, quæ paulo antē inter diuos relata fuerat. Educto foetu de vtero, ab obſtrictibus requiſiuit, vtrum eſſet maſculus vel fœmina: à quibus maſculū eſſe ſine vita reſponſum eſt. At illa vt exaudiuit mortuū ſe enixam, coepit maximis vocibus, ingenti cum ploratu Iordanis auxilium implorare, eſſiſſigans ſibi filium viuum reddi. Hos ploratus, has voces vſque ad noctis medietatem protrahens, plena fiducia ſæpē mulieres adhortabatur, vt tentarent an filius viucret. Quæ vt morem ei gererent, ac experimento cognoscere poſſent, in foetu nihil proſus vitæ eſſe, hÿemali tempore in balneum aquæ frigidiffimæ immerſere. Sed cum penitus immotus perſiſteret, abſque vitali ſpiritu eum eſſe omnes affirmarūt. Certæ igitur mulieres circumſtantes factæ de foetu mortuo, adnitebantur Eliſabethæ aliquid ſolatij multis verbis afferre. Quæ earum verba non exaudiens, inceſſanter flens, Iordanem inſclamabat, & vt præſto eſſet ſibi apprimē rogabat. Demum plena fiducia iubet illas ad infantem accedere, diligenterque perquirere an viucret. Et ecce ipſo dicto exaudiētēs viuere infantē, quem mortuum toties expertę fuerant, inueniunt. Vnde mater gratias Deo agens, & beato patri Iordanis, filio Iordanis nomen in miraculi memoriam impoſuit, quod per ipſum Deus optimus maximus fecerat. Poſtquam illuxit, dato ſigno ad reddendum Deo officium pro more in eccleſia Prædicatorū, prudens ac proba mulier pro fratribus miſit, reiſq; ſeriem narrauit, verba ſua plurium matronarum confirmans teſtimonio.

S. Eliza-
beth hiſto-
riā habes
19. Nouēb.
Tom. 6.

Meritis vi-
ri Dei Ior-
dani inſas
mortuus vi-
te reſtituitur.

Cap. 50.

Opera per
ipſū edita

Plura deſcribenda miranda forēt, per Deum perpetrata ad inuocationem nominis viri Dei Iordanis, & præcipuē in Aron, vbi eius ſanctiſſimum ac venerandū corpus quieſcit: ſed nē lectoribus tædio eſſem, permiſi in calamo illa quieſcere. Scripſit ſuper Apocalypſim commentaria: ſuper Priſcanum minorem. Item quadam grammaticalia delicata. Scripſit prætercā libellum de Ordinis noſtri initio.

MARTYRIVM SANCTÆ VSCÆ VIRGINIS, ET MAVRÆ NVTRICIS EIVS, EX PRIMO LIBRO hiftoriarum Rauennatum Hieronymi Rubei viri doctiſſimi.

13. Febru.

S. Fuſcæ pa-
rentes.



VSCA virgo nobilis, ſub Quintiano Præſide, qui in Sicilia Agatham trucidauit, ob Chriſti religionem Rauennæ per idem tempus Idibus Februarij interfecta eſt. Hæc enim Syroo patre orta viro nobili, annos nata quindecim, audiens Chriſtianam religionē, eius amore inſinitum in modum inflammata, cum Maura nutrice id negotij communicaue- rat. Nutrix putans tantum facinus, in ſcijs parentibus, minime perpetrādum, occulte omnia matri patefacit, quæ quod diū Chriſtianæ militiæ nomen dare optauiffet, non ſolum filiaſ aſſenſit, ſed laudauit vehementer conſilium: ad Hermolaumq; ſacerdotem Rauennatum, virum ſanctiſſimum, profecta, ab eo edocta ſunt quæ faciendā Chriſtianaſ eſſent, & ſacra vnda abluta. Hæc cum, pater reſciuiſſet, qui ex omni nobilitate Rauennati eminebat, id ſibi, multis de cauſis, dedecori & calamitoſum ducens, ſa- pius tentauit, irrito tamen labore, ab Chriſti fide auertere filiam: tandem vero in carcerem contruſam, triduo abſq; cibo eſſe voluit. Quibus tamen diebus non deſtitit pater, quin per matronas nobiles, eiusq; familiares adoleſcentulas, hortaretur ab Chriſtiana religione deficere. Quibus tandem cum nihil efficeretur, ipſeq; met pater, omnibus blanditijs, ac ſpeciſis verbis, atq; etiam lachrymis filiam demulcens immotam filiam conſpiceret, in tantam iram exarſit, vt niſi mater interceſſiſſet, & carcerem eductam filiam enſe omnino confoſſurus videretur. Iubet tamen adigi ad ſacrificandū dijs.

Ab Ange-
lo viſitatur

Sub id tempus Quintianus Rauennam ingreſſus, his acceptis, mandat ad ſe Fuſcam, Mauramq; & parētes vincetos adduci. Sed cum apparitores eam depræhen- diſſent orantem, cælitēque iuxta eam ſummo ſplendore fulgentem conſpexiſ- ſent,

SURIUS

q̄ter
Iordanis
RVIII
5